Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Lucā.

ihc. Amen dico tibi hodie mecū eris in paradyso. Erat aū fere hora sexta. Et tenebre facte sunt in universa terra usq; in horā nonā. Et sol obscuratus est. Et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna ihc ait. Pater in manus tuas commendo spm meū. Et hec dicens expiravit. Videns aū centurio qd factū fuerat glorificabat dm dicens. Vere hic ho iustus erat. Et omis turba eorq; simul ad spectaclm istud. et videbant q̄ fiebant. percutientes pectora sua revertebant. Stabant aū et noti eius alonge et mulieres q̄ secute fuerant eū a galilea hec videntes. Et ecce vir nomine ioseph q̄ erat decurio vir bonus et iustus. hic non consenserat consilio et actibus eorq; ab arimathia civitate iudee. q̄ expectabat et ipe regnū dei. Hic accessit ad pylatū et petiit corpus ihu; et depositū involvit syndone et posuit eū in monumento excisso de petra. In quo nondū q̄squam positus fuerat. Et dies erat parasceue et sabbm illucescebat. Subsecute aū mulieres q̄ cū ipo venerant de galilea viderunt monumentū et q̄m ad modū positū erat corpus eius. Et revertentes paraverunt aromata et unguenta. et sabbto q̄dem silverunt secdm mandatū. Una aū sabbti valde diluculo venerunt ad monumentū portantes q̄ paraverant aromata. Et invenerunt lapidem revolutū a monumento. Et ingresse non invenerunt corpus dni ihu. Et factū est dum mente consternate essent de isto. ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti. Cū timerent aū et declinarent vultū in terram dixerunt ad illas. Quid quitis viventem cū mortuis. Non est hic sed surrexit. Recordamini q̄lit locutus est vobis. cū adhuc esset in galilea dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum et crucifigi et die tertia resurgere. Et recordate sunt verborum eius. Et regresse de monumento nunciaverunt